


T. E. W. F. M.

Handwritten text in a cursive script, likely a library inventory or title page, covering the majority of the left half of the book cover. The text is faint and difficult to decipher due to fading and the texture of the paper.

1606



Reverendissimus & illustrissimus Princeps ac Dominus
D N.

CHRISTIANVS
GVILIELMVS

DEI gratia postulatus Archiepiscopus Magdeburgensis, primas Germaniæ, Marchio Brandenburgicus, Borussia, Stetinensium, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorum, & Crosnæ in Silesia Dux, Burggravius Norimbergensis ac Rugiæ Princeps &c.

Academia Marchica

RECTOR MAGNIFICENTISSIMVS

ad exequias funeris,
quod

Doctissimo & præstantissimo Iuveni

Dn. NICOLAO LVDOVICO,
Patris opt. FIL. opt.

Paratum ad XIV. Cal. April. Ann. M. D. CI.

Cives literatos invitat.

Frankofurti ad Oderam

Typis Sciurinis,

CHRISTIANVS
GUILIELMVS

Dei gratia doctor juris et historicus
Cancellarius universitatis
et hujusmodi officii
in quibusdam rebus
et hujusmodi officii

PROHIBITIONE
IN REBUS
et hujusmodi officii

Dr. THEODORO LUDOVICO
et hujusmodi officii
et hujusmodi officii

Athletam quendam Crotoniatem, cum vis-
tor è certamine Olympiorum discessisset
ad Hellanodicas, ut coronam acciperet,
subito mortuū fuisse affirmat Aelianus:
indicaturus, non paucis merita laborum
præmia fato præripi, ubi vel inter manus palma. Quod
ne aliorum exemplis testatum fieri necesse sit hodierna di-
es triste nobis proponit documentum, inopinato doctissimi
juvenis Dn. NICOLAI LEODOVICI Silesij o-
bitu, qui militiã ingressus literariã, ubi ferè difficultates
quas varias obiecit hoc vitæ genus superasset, & Bega-
sica studiorum jam jam adepturus videretur, opinione o-
mni celerius extremam rerum humanarum lineam atti-
git. Unde fragilitatis nostræ novum oculis obversatur
argumentum, idq; de grege & ordine nostro literario, in
quem non minus quàm in promiscuū alium & casus dos-
minatur & insuperabilis lethi necessitas. moritur enim
doctus similiter ut indoctus iuxta infallibilem Ecclesi-
astæ vocem: nec ullo privilegio Academiæ, Apodemian
hanc licet evitare. Quæras fortè, aut cur nostro non sit
p'us indultū honori et conditioni: aut cur priusquam pal-
mam ferant athletæ, ipsa cogantur exire vita? Ad utrū-
q; responsuri primū nec cum Theophrasto naturam ani-
mantibus propitiam magis accusamus, nec opiniois hu-
manæ varia exquirimus commenta: sed ex sacris rectè
instituti, & pari nos omnes carnis æqualitate, et una nos

omnes teneri legē agnoscimus. In quem modum gravissimē, ut omnia, Cyprianus. quid, inquit, nobis in hoc mundo nō commune cum ceteris, quam diu adhuc secundū legem primæ natiuitatis manet caro ista communis? quoadusq; istic in mundo sumus, cum genere humano carnis equalitate coniungimur. Sic cum flatu sterili terra jejuna est, neminem fames superat: sic cum incursione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas vastat. Et quando imbres nubila serena longa suspendunt, omnibus societas una est. Et cū nauem scopulosam saxa cōfringūt, nauigant: b. naufragium sine exceptione commune est: et oculorum dolor, et impetus febrium, et omnium inuالتudo membrorum cum ceteris communis est nobis, quam diu portatur in seculo caro ista cōmunis. Hæc Cyprianus. Quapropter tam diuites quam pauperes, tā doctos quam indoctos, tam potentes quam abjectos sola paret facit mortalitas, solus omnes æquat cinis, ut est in apophtegmate regis Alphonsi. Cur verò tantum non concedatur uiuendi spaciū, quantū coronæ partæ glaudis iusta postulabat acquisitio, obscurum non potest esse, et vitæ huius fugacia et alterius perenni bona intuentibus. Quia n. potiora ipsos manent quam Olympiaca fuere in Olympo supremo decora et ornamenta: idcirco horum, vel expectatione anxia, vel possessione dubia minus affici debent; cum immarcescentem pro flaccida, immortalem pro caduca sortiantur gloriam: et qui vix suam hic Ignorantiam satis didicer

dicere summam istic obtineant exactamq; rerum divinissimarum scientiam. Ita doctrinae vitaeq; elegantissima juvenem Dn. Nicolaum Ludovicum, quem inter ipsas literas communis oppressit mortalitas, caelestis felicitat nobilitas, illiusq; caput corona cingit gloriae cujus pulchritudo non oculos subijt humanos, cujus dignitas nullius comprehensa animo, cuius aeternitas nulla excipitur hominis cogitatione. Natales ipsi contigerant haud obscuri, cum ortum traheret anno Christi LXXVIII. Eleutheropoli Silesiorum a clarissimo, praestantissimo & solertissimo viro Dn. M. NICOLAO LUDOVICO Swidnicensis Scholae quondam Prorectore, paulo post Freistadiensis, nunc etiam Lignicensis Rectore celebri: matre ANNA ROSLERIA, omni matronaliu Virtutum laude dignissima: quorum parentum integritas multis cognita, nullam formidabit posterorum memoriã. Et a Patre quidem, non τὸ εἶναι solum, sed & τὸ εἶναι consecutus est, a quo ad pietatem, ad humanitatem, ad meliores & elegantiores literas, ad omnem doctrinae ac virtutis cultum, excitatus, institutus, conformatus est. Iamq; in superiorum etiam disciplinaru adyta ferebatur; quarum gratia ad Academ. nostram anno XCVI. a Parente Cl. adductus est; ut cum Philosophicis scientijs Medicinam quoq; adiungeret, ejusmodi nempe artem, quam omnib. discendam Philosophus ille sapientiss. ad Hippocratem pronuntiabat his verbis: χρὴ πάντας ἀνθρώπους ἰατρικὴν τέχνην ἄπιστασαι, καλὸν κ' ἅμα εὐμφοροῦν ἐς τὸ βίον. &c. Eos autem in utroq; studio progressus fecerat,

fecerat, ut jam pridem lauream Philosophicam meritis, alteram non ita diu expectandam tulisset, nisi quod commune nobis impendit fatum, labores ipsius finisset, honores invidisset, aut potius, ne loquamur cum vulgo, in meliores commisisset. In conversatione tantæ fuit modestiæ, ut nulli se præferret, nulli quicquã deiraheret; tantæ humanitatis, ut à bonis omnib. amaretur, quamquam nec nimium notus multis nec bonis tamen plurimis ignotus: quos *συμφιλολογίας* gratæ & virtutum multarum testes reliquit. Inter libros febris ipsum invasit ardentissima, quæ tametsi libros, non excussit tamen discendi animum. Ut n. miles qui sumtus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat, magis diligit signa: pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenij, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam: ita ille animum firmabat suum ad majores operas, & ad vitæ reliquæ tempus rectissime decurrendum cogitationes suscipiebat in ipso etiam acuto valde morbo. Vbi tamen vires eius sentiret ingravescere, salutari illa usus est Panacea corporis & sanguinis **CHRISTIANI**, nihil ratus animæ ad superandam ipsam mortis acerbissimam accomodatius, quàm memoria mortis Christi & sumptione Symboli τῆς ἀθανάτου. Ad Hierologum sibi in extremis astantem, disertè satis & de vita præcedente, & de patientia in morbo, & spæ certissima victoriæ testatus est his verbis: **Dux Viæ & Vitæ meæ CHRISTVS**: huic **SOLI** milito, miles enim sum, turme illius ascriptus sanguine: ostendens paucis omnia; & cui se religione Sacra

menti militaris adstrinxerit: & quam verè omnem vitam
senferit esse militiam; & quomodo pugnandum sibi priusquã
parta sibi Christi sanguine in Caelis ferat *νικητέρα*. Digna
vox generoso NIOLEI animo, qui verè nunc superatis
tot tantisq; mundi adversis, & ipsa morte in caelo trium-
phat, *νικηφόρος* & inter palmigeros CHRISTI milites. Quã
vocem non modo *ὡς Παιτερ Πικρὴν* observare, quotquot sua eis
dem DNI, inq; illius honorem literariae militiae dederunt
nomina: sed *ὡς πατρικητικὴν* Parentem etiam maestissimum
animo complecti & circumferre suo par est: ut cogitet, Filio
suo dilectissimo, tanquam perpetuo CHRISTI militi pu-
gnandum laborandum, nec aliter nisi morte vincendum, do-
navit enim certanti victoriam, qui certandi dedit audaciã,
ut locutus Augustinus. Non poterit non Parens *ἔυσεργος*
Filij carissimi desiderium vultu, verbis habituq; toto prode-
re: sed non patietur tamen, aut Anaxagoræ, aut Xenophon-
tis, aut Lochadi, aut Tiberij Caesaris, aut aliorum Ethnicorũ
ab Ethnicis deprædicatam fortitudinem anteponi suæ: &
cum Tiberius in Drusi morte, quem unum habebat filium,
pluris virtutem quã sanguinem faciens, à funere ejus re-
elã ad curiam ad publica munia obeunda, ut antè solebat,
nullo doloris expresso signo perrexerit, Fulgoso notante; ipse
etiam morum animorumq; Rector eximius, animo nequic-
quam erit remissiore in sancta illa formandæ juventutis
palæstra in qua tot CHRISTO instruxit milites: subinde
illud secum reputans. Filium suum non esse nisi apud Eum
& cum

Et cum eo quem *Via Vitæ* Ducem unicum quæsierat, te-
nuerat, nec in morte ipsa dimiserat. Verus, ut usurpem Cle-
mentis Alexandrini verba, hic Athleta est, qui in magno
stadio coronatur, veram assecutus victoriam. nam Et agno-
notheta est omnipotens DEVS, Et qui bravia seu præmia
distribuit, est unigenitus DEI Filius: Spectatores ipsi An-
geli. Luctum ergo mitigabunt Parentis optimi et ea quæ
dixi, Et quæ ipse, ut Vir est literatissimus iuxta et pientis-
simus, jampridem in eos usus ex sacris habet recondita.
Vos autem quotquot honestarum artium, quotquot Sophiæ
Et Eusebiæ veri *σύμμαχοι* estis, quibus vitæ nostræ con-
ditio explorata, quibus alterius gloriæ spes firmata est, ade-
ste quæso frequentes, Et Commilitis vestri honestissime
certantis, sanctè finientis, quas posuit exuvias terris hono-
re solemni reddite, quamq; ipsi de tot seculi adversis victo-
riam merito gratulari nobiscum debetis, eam inter studia
vitæq; hujus molestias infinitas serio optate, ad eam solam
naviter contendite, sine semel tantum bono.

*Si quis opus manuum semel haud benè fecit, id ipsum
Si repetat, melius fors didicisse potest;
Sed malè qui Vita finem semel appetit: ille
non melius posthac, quo moriatur, habet.*

C. P. D.

SLUB DRESDEN



3 2698025

Coll. diss. B. 68

Coll. diss. B. 68

